III/4

Orvosi tanácsadó levél, recept latin nyelven
1804 ápr. 9.

2 l, 4 o 235x190

Ismeretlen írása Bolyai Farkashoz

BF 35/1

E.

Siquidem Excellentia Vestra graliose informa-
re cupiat, qualiter ego infra scriptus, ad nobiliam
publicum per annos quindecim, primum quidem
Rheumaticis affectionibus divexatus, tandem vero
per medicos pro Podagrista declaratus, finaliter
per Divina providentia pristinae fuerim restitutus
Sanitati, humillime famulor sequentibus.

1. Ao 1782do incidi in febrim biliosam, ex hac in parte
resanatus, post adhibitam in pede per Chirurgum
incompetentem venae sectionem intra 24
horas incidi inter inexplicabiles dolores in con-
tracturam Pedis dextri, ab hac ope medica in-
tra tres septimanas reductus, quidem fuerit ser-
morbus hic in Rheomaticas affectiones derivatus
— Usque Annum 1790 me in tantum affli-
gebat ut ego quot annis majori in parte
lecto affixus doloribus incomprehensibilibus
cruciatus fuerim donec tandem —

2 Ao 1790mo ipso die 1mo Januarii Tyrnaviae exis-
tens ad insperatam quampiam affectio-
nem incidissem, quae ab omnibus medi-
cis pro Podagra declarata fuit. Affecti-
o haec Podagralis duravit usque annum
1797 ubi ego per usum Balnei Acinorum Svasu

-que

BF35/1v

cujuspiam prestantissimi viri Nomine Czergolcia, ante ir-
ruptionem Gallorum ad Charmethiam ex Montanis Scien
sibus cum Archivo Cæsareo Regio, et Cassa emigrantis qui
post 32 Annos Contracturas totius corporis remedio=
hoc curatus fuerat, æque ex integro resanatus sum;
nulla amplius ex præmissis morbis semet insinuante af-
fectione. Quin imo humillime referre debeo, quod ab exem-
plo meæ resanationis, me imitante, Diversi Status et Con-
ditionis homines utriusque sexus, in diversissimis mor-
bis resanati sint.

Præparatio et usus Balnei est sequens.

1ᵃ Dobri tempore Vindemiæ torculari impositi non ni-
si semel exprimantur, ita, ut in expressis Acinis Mus-
tum adhuc illud, quod secunda vice exprimi solet pro
procurranda fermentatione remaneat.

2. Acini taliter expressi, et ex Torculari recepti ad cadum
quempiam majorem discerpti injiciantur et Simi-
libus continuatione Cadus repleatur taliterque tectus
Linteamine Trituratorio conservetur donec acini
se solo incalescunt et fermentant. Quo observato.

3 Patiens se illico accingat. Cum excipiantur ex medio Ca-
di, Acini in tanta quantitate ut patiens ad vacuita-
tem impositus locum habeat pro sessione Commodam
Repletis demum ex Cado Acinis tegatur Collo tenus, ita;
ut nisi caput idque copertum ex Acinis promineat:
tunc attamen dum patiens ita intumulatur, habeat
Caput ex integro tectum (: Circa Collum Linteamen fir-
mando supra faciem versus occiput flectendo:) ne va-

BF35/2

por Acinorum Nares sub intrare possit, ubi vero totum
Corpus bene tectum fuerit tegumento ex capite remoto, et
ante faciem expanso super Acinis; ne vapor ultra etiam
capiti et naribus infossi patientis incommodus sit
4 Patiens taliter infossus post exiguam moram incalescet et su-
dabitque in tantum ut in continuo abstergi per adsis-
tentem servum Debeat; sudor iste patientem nulla tenus Debilitat uti in
alijs quibusvis balneis evenire solet; Sed a primo momento fortificat,
ita quidem ut patientes Contracti intra ~~[illegible]~~ quinque vel sex Dies pro ratione inve-
terati morbi vel laxatis nervis Manuum et pedum usum accipiant
quia imo teste experientia abjecti sunt etiam grallis (: vulgo Manko:)
quasi verati incedant. Omnis generis tam interni renum et hepatis
quam et externi ex podagra et Chiragra promanantes tumores
et nodi recedunt taliterque homines Cum admiratione pristinæ re-
stituuntur Sanitati.

5. Balneum hoc debet quotidie binis vicibus repeti siquidem ferme-
tatio acinorum ultra 10 Dies raro duret et non nisi per tempus fer-
mentationis sint proficui terminata enim, fermentatione
mucescere incipiunt, et dein derivant in putredinem. In Bal-
neo pro ratione Complexionis quisque suæ sudet patiens per
mediam vel tres quadrantes, aut, quod optime Conducit, per in-
tegram horam. Ut primum patiens ex acinis effoditur,
abstergatur properanter, nam Balneo hoc ad Stupendam a-
peri pori Contrahantur, ponat se, autponatur illico ad Lectum
aut in Lecto etiam transpiratio aliqua procuretur. Acini
in Cado iterum Componantur ad ordinem et tegantur ut

BF 35/2v

ut pro sequenti vice itidem incalescant. Pro procuranda transpiratione in lecto mane sufficiet circiter hora una, vespere autem post ita commodavi Balneum; ut patiens superato Balneo in lecto jam etiam noctem exigat — per tempus Balnei si fidem patiens extra ordinarium accipiat, appetitum unice excessus in cibo, et potu prohibetur; et moderatus utriusque usus commendatur.

Si patiens praemissa omnia accurate observaverit et Balneo hoc etiamsi non nisi 7. y. 8. Diebus usus fuerit non habet, quod dubitet de infallibili Sanitatis restitutione ita, quemadmodum praedictus Dominus Czergolero post 32. Annorum contracturas ex integro resanatus me infra scriptum etiam ex 15. Annorum rheumaticis et podagricis liberavit, affectionibus et per me jam ab Annis 7. in Comitatibus Posoni et Nitra quam plurimi ad notitiam publicam in Podagra, Chiragra, Contracturis nervorum Rheumaticis affectionibus in obstructionibus renum, et Hepatis utriusque sexus homines felicissime resanati sunt Sigm.

Nitriæ die 9a Aprilis 1804 —

Saluberrima aqua pro Cura oculorum languentium lacrimantium, purulentorum, aut Sanguine suffusorum.

℞ Aquæ Goulard. ℥ iv seu Unc. 4

Spirit. fl. Anthos ʒiij seu drachmas 3

M. pro Lotione mane et ad vesperam intinctis linteolo debito et vino prius exaginato.